



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

De mystica & naturali theologia ægyptio[rum]. Cap. ij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

tio est. Iunonis ac Iouis bella & dissidia nihil aliud, q̄ elementorum intemperiem significant, quæ nisi certis proportionibus contempere-
rentur natura rerum soluta, magnā perniciem afferunt. Si ergo Iup-
piter, id est, calida uirtus ac ignea nimium excesserit siccitate, omnia
pereunt. Sin v̄o Iuno humida, scilicet & uentosa natura, Iouē asper/
nata superauerit, magna uis pluuię delata, diluuió cuncta uastauit,
quod illis temporibus factum, Boetiam maxime regionē proluit,
quæ multitudine aquarum tectam fuisse dicitur. Quare q̄primum
tempestate transacta, terræ apparuerunt, deorum recōciliatio facta
fingitur. Prima uero arborum omnium quercus effloruit, quæ non
modo pijs hominibus, ut Hesiodus ait, uerum etiā diluuij reliquijs
opitulata est, cum glandes ramalia ferant, & apes cū tegat truncus.
His Plutarchus apertissime nos docuit mirabilem etiā illam & my/
sticam Græce theologiæ rationem, nihil magni nec dignum philo/
sophia continere. Audisti quippe per Iunonē modo matrimoniū/
modo terram, modo humidā significare substantiā. Didicisti Dio/
nysum, nihil aliud q̄ temulentiam esse, Latonam noctem, Apollinē
Solem, ipsum deniq; Iouem calidam uirtutem atque igneam. Tur/
pitudini ergo fabularum accessit, ut secretior hæc & mystica theo/
logia, non ad diuinas quasdam & cælestes uirtutes, nec ad rationa/
les & incorporales substantias conducat, sed rursus in temulentiam
& nuptiarum opera, & egritudines hominum deducat. & quod ho/
nestissimum in ea est, ad terram, ignem, Solem, reliquasq; huiusmo/
di partes orbis terminetur, nec ultra hæc quicq; afferat, qđ etiā Plato
nō ignorauit, qui in eo libro quē Cratillum inscripsit, nihil ultra ui/
sibiles mūdi partes priscos Græcorū cognouisse, & stellas dictos pu/
tasse asserit. Verba eius hæc sunt. Vetusissimos græcorū, Cælum,
Stellas, Solem, & Lunam, quæ nunc etiā multi Barbarorū colunt,
deos putasse, manifestū est, huiusmodi quidem græca sunt.

De mystica & naturali Theologia Aegyptiorum. CAP. II

Nunc Aegyptiorū mysticam Theologiam, quæ mltō ue/
rustior fuit, uideamus. Osirim, & Isim, & Solem, & Lunā
esse aiunt, Iouem spiritum, qui per omnia transeat, Vulca/
num ignem, Terram Cererem, Oceanum humiditatem,
ac Nilum fluuium asserunt, cui deorum generationem attribuunt.

e Aere

Aerem Mineruam appellarunt, quos quicquid deos aera dico, aquam, ignem, terram, & spiritum per uniuersum orbem transire contendunt, & in uanas formas hominum atque animalium commutari, quorum cognomines apud se homines floruisse, Solē, Saturnū, Opim, Præterea Iouem, Iunonem, Vulcanum, & Vestam, quæ omnia Manethus latius scripsit. Compendiosius autem Diodorus his uerbis, Osiris & Isis, Sol & Luna, secundum Aegyptios sunt, a quibus trinis temporibus, uere, æstate, ac hyeme, inuisibili modo circumductis, mundus gubernatur, & omnia nascuntur, aluntur, & augentur. Tempora quis inter se aduersent, mirabili tamē concordia annum cōficere. Horum autē deorum, alter ignis & spiritus, alter humidus & siccus, uterque uero aeris naturā producere dicitur, quibus omnia & oriuntur & conseruantur. ita totum quidem corpus naturæ omnium ex Sole ac Luna originem trahere. Partes autē uniuersi, quicquid illas esse, spiritum uidelicet, ignem, siccum, humidum. Aegyptiorum lingua posuerunt, & spiritum quidem diligenti ad latinam aera, quorum singula deos putarunt, & nomina uetustissima, ac prima Aegyptiorum lingua posuerunt, & spiritum quidem diligenti ad latinam linguam interpretatione Iouem appellare possumus, qui cum in animalibus ipsius, ut ita dicam, animalitatis causa sit, quasi partem aliquam rerum animam omnium esse putarunt, quibus maximus poeta quoque omnium attestatur de Ioue dicens, Pater hominumque deorumque. Ignem uero Vulcanum appellarunt, magnum deum esse putantes, permultumque ad generationem atque crementum conferre. Terram porro, quasi uas aliquod atque receptaculum eorum, quæ oriuntur existimantes, matrem nominauerunt, cui rei Orpheus consentit dicens, Terra mater cunctis diuesque Ceres, Humidum autem oceanum dixisse dicunt, quicquid uerbum expressum latine delitiarum, matrē significat. Oceanum autē nonnulli Græcorum designare putarunt. Unde poeta quoque cecinit, Oceanus generatio diuum. Aegyptij autē Nilum fluuium esse contendunt, cui & deorum generationē attribuunt. Plures enim urbes in solo Aegypto, quæ in reliquo terrarum orbe fuisse aiunt a priscis dijs, Ioue uidelicet, Sole, Mercurio, Apolline, Pane, Lucina, aliisque quæ pluribus cōditas. Aera Mineruā appellarunt, & filiam Iouis ac uirginē putarunt, nam & incorruptibile aiunt esse natura, & ex-

rimum

tremum uniuersi locum obtinere contendunt. Quapropter a uer/
tice Iouis fabulose nata fuisse Minerua traditur. Tritonam uero ap/
pellatam, quoniam ter in annuo spacio, uere, estate, hyeme commu/
tatur, glaucopin, id est, glauculam uocari contendunt, non quia, ut
nonnulli graeci putarunt, Glaucos habeat oculos, quod nomen ipm
denotare uidetur, insaniunt enim qui sic putant, sed quonia aer ni/
sum animalibus praebeat. Afferunt autem hos quandoque deos totum or/
bem peragrare, & hominibus in sacrorum aialium formis apparere.
quod & poeta ab Aegyptiorum sacerdotibus acceptum uerum esse his
uerbis attestat. Peregrini inquit dii similes uiroque urbes ingrediunt,
aequitatem ferentes. Eadem a caelestibus dijs, quorum eterna generatio
est, Aegyptum afferunt, alios deinde ab hominibus propter bene/
ficia, quae communiter omnibus contulerunt, ad immortalitatem trans/
latos, quorum aliqui caelestibus dijs cognomines fuerunt, Sol scilicet,
Saturnus, Iuppiter, quem nonnulli Hammonem appellant, ad haec lu/
nonem, Vulcanum, Vestam, & extremum Mercurium, primumque o/
mnium, Sole in Aegypto regnasse. Haec Diodorus, Plutarchus au/
tem in libro, quem de Iside inscripsit, his uerbis utitur. Sed quasi ab alio
initio plurimorum atque rudium sententiam consideremus, quae dicunt sic,
Aegyptios Osirim Nilum fluuium esse putare, Isidi terrae matrimo/
nio coniunctum, Typhona uero mare, in quod incidens Nilus, submer/
git, quemadmodum Graeci Saturnum tempus, lunonem aera, Vulcani
uero generationem aeris mutationem in ignem esse arbitrantur. His
dictis, rursus fabulas ad daemones refert, & aliter atque aliter interpre/
tatur. Opera precium autem est, ab his sciscitari, utrum simulachra haec
& simulachrorum figurae daemones, an ignis, aeris, terrae, aquae, aut ui/
rorum & mulierum, brutorumque animalium formas ostendant. Nam
quonia caelestium cognomines mortales extiterunt, ut ipsi aiunt, quos
in numerum deorum translatos existimant, caelestium ne formas in
simulachris imprimunt, an quod ipse uisus ostendit mortaliu homi/
num? Quod si ipsi respondere reculent, restant per se magna uoce cla/
mant, mortales fuisse omnes, quorum simulachra constituunt. Plutar/
chus enim in libro de Iside, uel qualitatem corporum describit sic di/
ces, aegyptiorum historia, flauis corporis fuisse Typhona tradidit. Martem
alibi, subnigri Osirim. Haec Plutarchus, mortales ergo dii sui fuerunt &

e ij inter/

interpretatio fabularum perijt uniuersa. Quid enim necesse fuit hominum formas elementis accommodare, cum etiam absq; his colere ea potuerint: utris autem e& appellatiōe indita primum fuerūt, Virū Vulcanus, Minerua, Iuppiter, Neptunus, uno nomina de elementis primo, deinde de hominibus equiuoce, an econtra, hominibus primum imposita ad elementa nominarunt. Præterea hymni, cantus, & arcana deorum mysteria, utrum elementorum aut mortalium hominum symbolis peraguntur: errores autem, temulentia, Amores, mulieres raptas, & uiros insidijs conuolutos, milleque huiusmodi dedecora, quomodo elementis accommodari potuerunt: Aperte igitur ex his omnibus mirabilis & generosa Physiologia, nihil ueritatis habere ostenditur. Sed audi quæso, quæ Porphyrius etiam in epistola ad Anebum quendā Aegyptium, de istis scripsit. Cheremo enim inquit & alij omnes, nihil aliud præter uisibilia putant, Aegyptiorū rationem ad unguem secuti, qui nullos alios deos præ erraticas stellas & signa, quæ orbem replent obliquum, fixasq; stellas, quæ oriri atq; occidere cum his dicuntur, deos existimarūt, quarum partes alia, alijs erraticis attributa sunt, ascendentem quoq; particulam ac dominos eius, quos ualidos appellant, quorum nomina & potestates, in libris almenichiacis scripta sunt, ubi ortus etiā & occasus, & futuroꝝ diuinatio continetur. Vidit enim Cheremo Solem ab Aegyptijs, ut creatorem cultum, nec ignorauit omnia q̄ de Osiride & Iside dicuntur, omnesq; fabulas sacras, aut ad Stellas, & ortus, & occasus earū. Præterea p̄gressus atq; regressus aut decrementa crementaq; Lunæ, aut ad solarem cursum, aut ad nocturnū hemispherium, aut ad diurnum, aut ad fluuium Nilum, & omnino ad res causasq; naturales referri, nec ullam de incorporeis eos uiuisque substantijs facere mentionem. Vnde nostra quoq; omnia, nescio q̄ insolubili uinculo, a motu stellarum necessario dependere arbitrantur, quam necessitatem Fatum appellant. Sic omnia stellis attribuūt, quos solos deos & Fatorum dominos existimantes, sacris & simulachris, reliquosq; deorum cultu, propitios sibi reddere conātur. Sic præter illa quæ in cælo uidentur, alios deos Porphyrio etiam teste, theologia Aegyptiorum nō nouit, creatorem ꝑo rerum omnium non intellectum, non incorpoream quandam substantiam, nō uirtutem

tutem quãdam intellectuam, sed uisibilem hunc Solem arbitratur. Ad stellas igitur omnia refert, & cuncta fati, id est, stellarum motui, & aspectibus attribuit. quæ opinio usq; ad hæc tempora ab Aegyptijs tanq; uera defenditur. Quod si hæc uisibilia elementa mystica Aegyptiorum Theologia deos putat, hæc autem omnia anime atq; rationis expertia sunt, nec a corruptione omnino aliena. Attẽde diligenter ad quantã turpitudinem, sublimis eorum Theologia decidit, quæ ultra hæc nullum intellectum, nullam separatam substantiam pro causa rerum cognouit. Verum, quoniam ipsi quoq; concedunt, ab Aegyptijs in Græcos Theologiam affluxisse, una cum Aegyptijs Græci etiam redarguunt. Sed de his rebus idem Porphyrius huiusmodi uerba eo scripsit in libro, quem de abstinento a carnibus animalium ædidit. Ab hac peritia inquit, Aegyptij ad cognitionem dei profecti, cognouerunt non ad hominem solummodo deum peruenisse, nec in hominibus animam solūmodo habitasse, sed eandem animalia omnia cõtinere. Quia de re, tam homines q; bestias, serpentina simul atq; uolantia quædam in deos susceperunt, & alius apud eos deus, hominis collum, faciem alius, aliudq; membrũ aliufmodi gerit. & rursus, aliud caput hominis, collum auis, cæteraq; membra diuerforum animalium conformia possidet, quibus significat deorũ sententiã, animalia complura, cum inter se, tum maxime nobiscum amice uiuere. Vnde leoni particula quædam Aegyptij dedicata leonina, alia uero quædam bouina, alia canina nominatur. Virtutem enim, quæ in omnibus est, his animalibus, q; a singulis deorum inuenta sunt, colere statuerunt. Aquam & ignem apprime uenerantur, & in omnibus sacris adhibent. quia maxima salutis humanæ causa hæc elementa sunt. Quare ad hunc usque diem quom sanctissimum Serapidis templum aperitur uniuersus cultus, igne atq; aqua peragitur, nam qui dicat hymnos, aquam libat, & ignem tunc ostendit, quãdo in uestibulo fixus, Aegyptiorum lingua deum exsuscitat. Ea uero animalia magis colunt, quæ rebus sacris magis cõueniunt. Nam & hominem apud Anabim oppidum adorant. Quare quemadmodũ ab humanis carnibus abstinentum est, sic ab aliorum etiam animalium. Hac illi cumulatã sapientiã & diuinarum rerum consuetudine, quædam animalium magis q; homines a dijs intellexerunt

e iij tellexerunt

tellexerint amari, quæ Soli maxime consecrata putant, quia natura eorum sanguine & spiritu copiosissimo constat. & post pauca. Scarabeum uero animal ait, rerum diuinarum indocti abominabant, quod Aegyptij summopere uenerant, animatam solis effigiem esse putantes. Scarabeus autem omnis, uirilem sexum habet, & spermate in sterco infuso, pila deinde cōfecta pedibus inuoluit, ueluti Sol coelum & mensē lunarem expectat. Sic de Ariete, de Crocodillo, de Vulture, cæterisque animalibus philosophant. Ita ex sapientia & religione ad cultum animalium peruenerunt. Hæc de generosa Aegyptiorū Theologia, locupletissimus testis Porphyrius scripsit, quos aqua & ignem adorantes, & unam rationalium atque irrationalium substantiā animæ dicentes, non iniuria in deorum numero bruta Aegyptios accipisse affirmant. Quomodo autē stultissimum nō est, immanes baluas ideo ut deos uenerari, quasi similem hominibus animā habeant. Nam si homines putant humanos honores eis conferant, nunc autem feris, quas natura rationis expertes fingit, quasque homines appellare non dignamur, non hominum honores, sed primæ causæ & appellationem, & gloriā attribuunt. Ad hæc quare mirabilis Aegyptiorum sapientia lupos, canes, leones uenerant, didicimus, nec Scarabæi miracula ignoramus. Non deridebimus ergo amplius hos deos, miserebimur autē humanum genus, gratiasque largitori donorum Christo reddemus, qui nos a uetustissima ista cæcitate, per euangelicam doctrinam suā liberauit. Iam enim ipsi etiā fere omnes Aegyptij ab hoc morbo liberati, uero militant deo. Habes iam absolutā Aegyptiorum, Græcorumque Theologiam, a quibus didicisti, nihil incorruptum coluisse. Concedat autē eis, ueram fabularum esse Physiologiam, sitque Sol, modo Apollo, modo Osiris, & Luna, nunc Isis, nunc Diana, & quæcunque alia dicere uelint. Solem ergo ac Lunam, Stellas quoque & reliquas mundi partes, quasi deos adorare debemus. Ita generosa Græcorum ac Aegyptiorū Theologia, ad sublimiora nos producere fabularum allegorijs pollicita, ad corpora rursus deduxit. nec aliud quam ignem & aquam, & partes mundi colere adhortata est. Quomodo igitur Saluatoris nostri euangelium mirabile non est, quo Solis & Lunæ totiusque mundi creatorem, dicenti fide credere, nec elementa corporum, nec uisibilia quædam, sed

eum

eum, qui per hæc inuisibiliter cognoscitur, creatorem intellectum solum admirari, solumque adorare didicimus, qui per omnia penetrans cum sit incorporalis, solo intellectu percipitur, imo uero ineffabilis & incomprehensibilis est. Panditur autem atque perspicitur per ea, quæ facit, quæ producit, gubernat, conseruat omnibus inuisibiliter assistens, non celestibus solum, uerum etiam terrestribus magnificentiam operum suorum per hæc ostendens, quæ illi deos putarunt.

Qui iuniores noua quædam per fabulas excogitarunt.

CAPVT III.

Verum & fabulosa & mystica illorum Theologia rebus ipsis refutata, tempus iam est horum etiam iuniorum cogitationes inspicere. Isti enim qui modo philosophantur, quæ magno tempore post Platonem de intelligentiis & rerum creatore recte inuenta sunt, Theologiæ prisorum attribuerent conati, maxima arrogantiâ fabulas laudant, quorum Physiologiâ his uerbis Porphyrius ædedit. Explanabo quibus fas est, procul hinc abestote scelesti, quos etiam uetusti calare uolentes, deum & dei uirtutes presensibiles significarunt imagines, & ea quæ uisibilia sunt, inuisibilibus significantes, si ueris ex simulachris, quasi sacris literis magna mysteria tradiderunt. Non est autem mirandum, si ligna & lapides a fatuis simulachra putant. Similiter enim etiam, qui literas nesciunt librorum uolumina, non aliud quam per textum putant papyrum. Hoc exordio auditores preparauit, audias igitur quæ progrediens scribit. Cum igitur deus lux sit, & ignem æthereum habitet, nulloque sensu capi possit, lucida quædem materia, ut crystallo, parioque lapide, ad comprehendendum lumem ipseus exhortantur, auro autem ignis ille, immaculataque natura intelligitur. Multi uero nigris lapidibus, inuisibile illius substantiæ significarunt, hominis autem formam diis attribuerunt, quoniam deus ratio est, pulchros fingunt, propter immarcescibilem illam pulchritudinem, diuersis præterea figuris & etatibus, & alios sedentes, alios stantes, mares alios, alias foeminas, & aut uirgines, aut matrimonio coniunctos, diuerso quoque amictu simulachra constituunt, ut diuersitas deorum non lateat. Vnde factum est, ut omnia cæcæda celestibus diis attribuantur, pila & rotunda omnia mundo precipue Soli & Lunæ, quibus nonnunquam spei atque etiam fortunæ. Circulus autem, & quæ circularia sunt seculi motui celesti, & circulis quæ